Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



456

sidamna hae braeos de carne eius progenitos de lapidibus istis: ostendebat illis lapides in heremo quierant lapides. nisi gentes quae lapides adorabant. quare lapides adorando lapides dicti erant qui apsalmus dixerat. similes illis sint omnes qui faciunt ea. omnes qui confidunt in eis. tamen de ipsis lapidibus reddit filios abrahae modo omnes qui lapides adorabamus conversi addm̄ filii abrahae facti sumus. non ducendo ab illo carnem. sed imitando fidem. Principes ergo populorum conuenerunt cum dō abraham principes po pulorum gentiū principes non unus populi principes. Sed principes populorum omnium conuenerunt cum dō abraham. ex ipsis principibus erat. iste centurio de quomodo euangelium cum legeretur audisti. Erat enim centurio habens honorem. potestate inter homines princeps erat de principibus populorum uenente ad se xpm. Obuium misit amicos immo uero transituro xpo. Misit amicos. rogauit ut curaret puerum eius qui periculose infirmabatur. terr. cum uel ipse dns uenire hoc imandauit non sum dignus ut sub teo doceat. tum meum intres sed tantum dic uerbo. sanabitur puer meus. Nam ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites. Ut de te quem ammodum centuriō ordinem prius commemorauit quod sub alio esset. postea quod alii sub illo essent sub potestate sumet in potestate sū. sub aliquo sum. super aliquos sum. dico huc uade. uadit. alio uenit. uenit. seruo meo fac hoc. facit. tamquam diceret si ego sub potestate constitutus iubeo illis qui sub me sunt. tu qui sub nullius postatis es potestate non potes iubere creaturae tuae quando omnia per te facta sunt. sine te factum ē nihil. Dic ergo uerbo inquit. sanabitur puer meus. Nam ut indorum meam intres. Non sum dignus. Trepidauit cum mittere intra parietes suos. iam intus erat in corde eius amerat animae eius sedes illius. nam ibi sedebat ille qui humiles quaerebat. Conuersus denique xps miratus ait sequentibus se. Amen dico uobis non inuenitam tantam fidem in isr. sicut alius euangelistae ad eum renarrat. sequitur dns. dicit ideo dico uobis quia multi ab oriente. occidente uenient. recumbent cum abraham. isaac. iacob in regno caelorū. Iste enim centurio non erat de populo isr. nam in populo israhel superbi re pelle bant. sed in principibus gentium inuentus ē humilis qui ad se inuitat dnm. admirans ihs fidem ipsius reprobans fidiā iudaeorū